

Versus Anniano attributus  
pergat amica Venus modo iocis

4  
(p.398,  
115)

### INCERTI ODARIUM

Dum semihulco savio  
meum puellum savior  
dulcemque florem spiritus  
duco ex aperto tramite,  
5 † anima aegra et saucia  
cucurrit ad labeas mihi  
rictumque in oris pervium  
et labra pueri mollia,  
rimata itineri transitus,  
10 ut transiliret nititur.  
Tum si morae quid plusculae  
fuisset in coetu osculi,  
Amoris igni percita  
transisset et me linqueret  
15 et mira prorsum res foret,  
ut fierem ad me mortuus,  
ad puerum <ut> intus viverem.